

M. Livius Salinator, quatuor, atque xxx. tribus inter-
A arariis referre non dubitavit, quod cum se damnasset, po-
stea Cof. & Cenforem fecissent: præteritæ causam, quia ne-
cessè esset, eas alterutro factis, crimine temeritatis, vel perjurii
teneri. Tantummodò tribum Metiam vacuum nota reliquit,
quam cum suffragis suis, ut non damnatione, ita nec honore,
quidem dignum judicaverit. Val. l. 2. c. 4.

Metello censori, quod minus iuste euidam pœnam irrogas-
set, aqua, & igni interdictum à Rom. fuit. Idem.
C. Julii Cæsaris in Cleopatram amor incredibilis, cruentæ
Egyptiorum seditioni causam dedit. Cum enim in eo dissidio,
quod Cleopatra contra fratres habuerat, Cæsar iudex consti-
tutus esset, & victus propriis affectibus, pro Cleopatra contra
fratres sententiam pronunciasset, tantus Egyptiorum est tu-
multus subortus, ut Cæsar flumen permatans, nudus vitæ suæ
confilere sit coactus. Cujus tamen vestimenta mox ab Egyp-
tius inventa, per ludibrium, & contemptum trophaeorum in-
lar erecta sunt. Xiphilinus in Cæsare.

Nero cum adhuc juvenis esset, Philosophis operam dabat,
& de Christo quædam dicebat, adhuc enim cum inter homi-
B nes habitare putabat. Sed cum à Judæis crucifixum esse intel-
lexisset, indignè tulit: mandavitque, ut venirent Sacerdotes
Annas, & Caiphas, & ipse Pilatus, qui tunc Præfectus erat,
ferro vincit: & cum in Senatu confidisset, & quæ de illo acta
essent audisset, Annam quidem, & Caipham absolvit: Pilatum
vero iudicem securi percussit. Suidæ hæc est fabella.

Capito, cum reus ab eo jus dicente provocasset, statim in
sellam excelsores transfudit, atque ita edixit: Age, dic causam
apud Cæsarem: eumque causa denuo cognita damnavit. Hu-
jus superbia, insolentia, atque iniquitatis accusatus apud Gal-
bam Imp. pœnas luit. Etenim à minore magistratu personam
Cæsaris, summæque potestatis nomen, & prærogativam usur-
pari, non leve est crimen. Xiphilinus in Galba.

And. Jernius in cap. tit. 1. quæ sunt regul. narrat, Carolum
Francum I. ejus nominis Regem Neapolitanum, justisse ut
suspenderet iudex, qui certo occisori pœnam hanc solium
indixerat, ut ei præcederet manus. Bodin. l. 4. Dan. c. 5.

JUDICII AVARI.

C. ANTONIUS Boldius Triumvir ex advocatis Reipub. Vene-
netæ, ann. M. CCC. XXIV. Dominicum Bolanum Candiani fi-
lium, Collegam suum, accusatum acceptæ eo in magistratu ab
reis, & litigatoribus pecuniæ, ad Senatum detulit. Cum Sena-
tus Venerus eum comprehendi, atque ex vinculis causam di-
cere jussisset, ille autem fuga se iudicio eripuisse, absens dam-
natus est, ut intra mensem se carceri dederet, Caniam Crete
oppidum exulatum deportandum: quod si non faceret, com-
prehensio cervicis absunderetur, bonaque publicarentur,
magnis propositis præmiis, qui eum, aut vivum magistratibus
tradidissent, aut ipsi occidissent. Bemus lib. 2. Venet.
hist.

JUDICII NEGLECTI.

Executum aliquando Leonem Armenum Im. palatio ac-
cessit quidam, querens suam sibi uxorem à Senatore quodam
raptam; idque facinus se ad urbis Præfectum detulisse, neque
tamen suum jus consecutum. Leo statim mandavit, ut redeun-
ti sibi fitteretur afor, reus tam atrocis flagitii, & urbis Præ-
fectus. Quo factis, ad eum proponere suam causam jussit.
Qui cum rem ab initio ad finem usque exposuisset, reus con-
victus probationibus, cum nullum invidiam criminis locum
D inveniret, seclus proleptus est: & Præfectus causam interro-
gatus, cur flagitium digna pœna ultus non esset: inops excula-
tionis obmutuit. Hunc ergo Imp. statim munere suo exiit, &
adulterum ex legibus puniendum dedit. Cedrenus.

LITIGATORUM INJUSTORUM.

Προνοία, Sportulæ pecunia erat, quam uterque, & reus
& accusator in iudicio multæ nomine apud Athenienses de-
ponebat, si victus esset, ad Kemp. redituram. Decima item de-
biti parte iudicibus numerata, debitorum in iudicio adduce-
bant. Suidas.

Quidam Eques Romanus è Vocontis, cum in lite, quam
exercebat apud Claudium principem, in sinu ovum anguicum
fecerat ideo atulisse deprehensus esset, ut magicis certe illici-
tis, omnibusque aliis potius artibus, quam iure, & lege in iudicio
vinceret, gravissimum scelus Claudio visum est, quan-
quam, ut neque in bona causa vinceret. Itaque non alia ob
causam Imp. jussit eum interfici. Plin. l. 29. c. 3.

MARIUS Paulus advocatus fidejussit iudicatum solvi
pro Daphnidæ cliente suo, mercedem pactus ob fidejussionem:

& callidè sub nomine alterius, ex eventu litis caverat, sibi cer-
tam quantitatem dari, quæ illius à se mercedis pacto loco cre-
deret. De hac redemptione, atque pacto de quota litis, cum
Claudio Saturnino Pratori constitisset: quia contra bonos
mores est, & in procuratore, aut advocato certè magis pericu-
losa, de salariis in ipem victoriam constituit, non ex fide bona,
sed calumniis, & malis artibus licem procurant: Mario Paulo
advocationibus interdixit. Ulp. lib. 31.

ACCUSATIONIS INJUSTÆ.

VAL. Ponticus, reos, ne apud Præfectum urbis argueren-
tur, qui pro officio in omni quæstione solebat animadverte-
re, ad Prætorum deferrebat, cujus non tanta erat coercitio, sed
jurisdictio magis, quam Imperium, atque hoc interim agebat,
specie quidem legum, fed mox prævaricando ultionem illufu-
rus. Nam cum de crimine, & civiliter, & privato, & publico
iudicio agi posset: semel tamen ab alio delatum, ejusdem cri-
minis alius deferre non poterat: rursus verò, absolutum repe-
tere, actione publica consumpta, nisi de prioris accusatoris
collusione, & prævaricatione prius constitisset, atque pronun-
ciatum esset. At Val. Ponticus civiliter agendo, aut privato
iudicio accusandum, prævaricatus esse dici non poterat, quia
propriè prævaricator fit, qui publico iudicio accusaverit. Sed
de hac fraude cum Senatu Romano, sub Nerone, judicanti
apparuisse: placuit Valerio Italia, & eaque Provincia, qua
oriundus esset, interdicere: additumque Senatufconsultum est,
qui talem operam emptatiffet, vendidiffet, ut perinde pœna
teneretur, ac si publico iudicio calumniis condemnatus esset.
P. Evod. ex Conn. Tacit. lib. 14.

Etsi lege cautum erat, ut reus ante perageretur, postremo
de prævaricatione quæretur: videlicet: quia optimè ex accu-
satione ipsa accusatoris fides æstimatur, neque dum ordo excu-
rendorum publicorum iudiciorum in usu esse detulisset: tam-
cum Norbanus Licinianus, electus Beticis ad inquirendum
adversus Cæcilium Clasticum reus postulatissus esset, tanquam
in causa Castæ, uxoris Clastici, prævaricaretur: tanta ex aliis
flagitiosis criminibus conflavit invidia, ut nihil ei ordole-
gis præsidio fuerit. Quare statim respondere coactus, extra or-
dinem adductus probationibus, damnatus, & in insulam leg-
gatus est. Sed & postea res accidit nova, & contraria, ut acu-
satoris prævaricationis damnato, rea absolveretur. P. Evod.
ex Plin. lib. 3. Epist.

TESTIMONII FALSI.

Falsi testimonii ea erax pœna apud Israclitas, ut idem falso
testi fieret, quod ipse in alterum commentus fuerat. Non mi-
serereberis, magis, inquit: sed animam pro anima, oculum pro ocu-
lo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede
exiges. Deut. 19.

Apud Indos, qui falsus testis deprehenditur, extremis de-
curtatur. Strabo lib. 15.

TENEDUS insula principio Leucophrys vocabatur: dein-
de Tenes ante bellum Trojanum, controversia cum parente
orta, eam habitavit, atque edificavit. Dicitur autem à novæ-
ca, testante tibicine quodam, falso apud patrem a insinulatum
infectus, & à patre Cyeno in civitatem inclusus, atque in mare
projectus, in hanc insulam salvus appulisse. Quamobrem,
quod falsum testimonium tibicen dixisset, statutum est à Ten-
es rerum posito, ut nulli tibicini in Templum ingredi liceret.
Heraclides in Politicis.

Lycii vendunt eos omnes, qui testimonium falsum dixe-
runt, eorumque facultates publicant. Idem.

Apud Pidasas, qui falsum testimonium dixissent, de saxo
præcipitabantur. Alex. lib. 6. c. 10.

HULDURICUS VVagner caupo Villisoviensis in Helve-
tia, Ægidium Spilmannum civem Bernensem locupletem ho-
spitio exceperat. Ei loculos suos Ægidius bona fide servan-
dos committit. Caupo perfidus, aperitis oculis, sigillum Ægi-
di reperit, eoque chirographum Ægidii nomine scriptum,
magnam pecuniæ vim sibi à caupone commissam, in trium tes-
tium præsentia fatentis, obfignat. Aliquot annis post, cum
testes duos pecuniæ corruptiffet (tertius enim jam obierat)
Ægidium in jus vocat. Qui iure coactus cum eo paciffetur.
At interea cum caupo ob novum aliquid facinus captus esset,
perfidiam suam erga Ægidium detexit. Ille rotæ supplicio
affectus fuit. Testes falsi Bernæ bullienti oleo immerfi petie-
runt. Struopsius lib. 7. Helvet.

INJUSTITIÆ IN CONTRACTIBUS
non voluntariis commissæ pœna. Videlicet.

PRODITIONIS.

Proditionem puniunt alii simpliciter, propter inonestatis
odium, sicut ex ea utilitatem percipiunt: & hi prope hujus
sunt loci, alii verò propter adiunctam damnationem sibi, sive
illatum: quæ vindicta propriè est, & horum exempla è Tit.
Perfidia contra Patriam, Principes, Dominos, colligi pos-
sunt varia. Hic solus Criminis contra quoscunque designati
ratio habetur: illic verò personarum, contra quas commiffu-
m est. Consule quinetiam Tit. Proditores astu circumvo-
nere, punire.

IN GENERE.

Athenienses proditionis damnatos in patria feliprii prohi-
bebant. Thucydides l. 1. Emil. Probus, Marcellinus. Itaq; The-
mistocles cum fito functus esset in Magnesia Asia, oia ejus
clam ab asinibus, & amicis è busto domum translata fuisse.
Estrypodis accusatio dicitur iudicium, quod in prodito-
res intenditur, vel omnino læse majestatis reos, quorum cri-
mina legibus non continentur, unde & estri apud Ægyptios
B ad omnes dicitur ibi fingenda. Quam tamen fanciebat ifan-
getica lex. Agebantur verò hæc, vel in Senatu, vel in concio-
ne Athenienium. Cal. lib. c. 3. A. L.

Apud Germanos olim transfuga, & proditores ex arbori-
bus pendentes, ignavi, & imbelles, atque infami corpore, ce-
no obruti, aut à palude, aliqua superjecta rete necabantur,
tanquam scelerata in aperto ponenda essent, flagitia contegenda.
Sab. l. 2. Enn. 6.

Antiquos proditores se tantisper, dum produunt, amare:
ubi prodidissent, odiffet dicitur. At Cæsar in Thracem quen-
dam: Proditionem sibi placere, inquit, proditorem minime.
Plutarchus in Romano scribit, Rhimotalcem Thracum Regem,
qui ab Antonio ad Augustum transferat, solitum illi
inter pocula foetietatem petulantius exprobrare. Id cum
egre ferret Augustus, propinans ex accumbentibus cui-
dam: Ego inquit, & proditoris, & proditoris dicitur in manu:
Proditionem quem amo, fed proditorum non laudo. Cal.
lib. c. 3. Antiq. Lett.

DION Halicarnassensis Romulum in proditores legem feri-
piffet testatur, ut si quis vellet, deprehensus occideret, tan-
quam Jovis inferni hostias. Cal. l. 12. c. 11. A. L.

IN SPECIE. Pœna PRODITORIS.

Exercituum.

GANELO legatus Caroli Magni, pecunia corruptus, Mar-
fello Saraceno Francorum aciem prodidit: in qua Rolandus,
& alii illustres viri perierunt. Comprehensus Aquifgranum
duciatur: & manibus, & pedibus equis quatuor alligatus, di-
strahitur. Gaguin. l. 4. de Francis, Sab. En. 8. l. 8.

CAROLUS IV. Imp. cum contra Philippum Ducem Austria
bellum gereret, multitudinem hostium veritus, tres ex Philip-
pi ducibus magna auri vi permovit, ut Philippo renunciarent,
Caroli exercitum modò majorem esse, & in fuga omnem fa-
lutem reponendam. Philippus credulus cum exercitu discessit.
Proditores negotio ex sententia confecto, à Carolo promiffam
accipiunt pecuniæ, sed adulterinam, quæ vicissimam vix
partem iustæ haberet monetæ. Id graviter ferentes cum Rege
expostulant. Carolus ira fervens: Abite hinc, perfidi prodito-
res, exclamavit: adulterina fides adulterino auro, recom-
D pensatur. Hier. Zieglerus de Viris illust. Germ.

Urbanum, Arcium.

AURELIANUS Romanorum Imp. cum Tyanam veniffet,
eamque occultam reperiffet, iratus dixit: Ne canem
quidem hie relinquam. Verum cum hoc intellexiffet Hera-
cleon Tyanensis, metu ne cum cæteris occideretur, patriam
Aurelianam prodit. Imp. cum civibus omnibus parceret, pro-
ditorem solum occidit: & ne avaritia id egiffet putaretur, quia
vir distillimus Heracleon erat, ejus fortunam omnes liberis in-
columes ferverat. Cum autem ad Manlium Chilonem rem-
ut gesta erat, scriberet, ostendit, à fe proditores diligi non
posse: neque illis eum fidem unquam servaturum, qui patri-
am non servaverit. Fulg. l. 6. c. 5. Popsifcus. Heradamonem
vocat.

Tentabant Gothi Romam furto occupare, primò per aqua-
ductum insinuatim, occulto inde Tyberim trajecit circa regio-
nem Martii campi. Sed utrumque consilium fuit illis irritum.
Belisarius, quod ad fluminis trajectionem attinet, quia duo pecu-
nia corrupti foposiferum pharumacum à Vitige acceperant,
L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

ut nocturnos vigiles commodius fallerent, re unius iudicio pra-
fecta, proditionis auctori aures, & nasum præcidit, atinque E
impositum in castra ad Regem misit, ut ex eo appareret dete-
ctam esse fraudem. Sab. l. 3. Enn. 8.

CARDANUS Avarum Rex, czso Gifulpho Duce, Forojulii
urbem obsidebat. Romilda, Gifulphi uxor, tenebat urbem
mœnibus, & præsidio munitam, erantque cum ea Rodaldus,
& Grimoaldus filii, cum liberis, & gaza omnium primorum
Longobardici sanguinis, defendebaturque oppidum validè
adversus omnes Avarum comatus. Sed quod vis nulla potuit,
mullebris intemperies urbem altoqui municillimam hostibus
parefecit. Romilda Regem fortè inuita mœnibus obequitantem,
forma, & ætate florentem, crispo adhæc, rutilantique ca-
pillo: ejus amore capta, misit, qui cum eo urbis proditionem
paciffet, si se in matrimonium reciperet, Accepit Barba-
rus conditionem, victoriæ cupidus, fideque in id, quod pro-
mittetur, data, & accepta, & Romilda opera in urbem ad-
mittitur. Hic Rex, ne fidem falleret, nocte una Romildam pro-
conjugue habuit: inde effrenatam mulieris libidinem duodecim
robustiffimis militibus subiecit, qui per ludibrium, & dedecus
eam affiduis compressibus explerent, postremo mulierem im-
ferabiliter vexatam palo affixit, ut omnibus sui fexus docu-
mento esset, ne libidinem rationi anteponebant, voluptatem
utili, & honesto: simul, ut omnes scirent, perfidiam, ne apud
eum quidem, cui gratificari se putet, tutam esse oportere. Op-
pidum inde directum est, haustuque, qui quid opum Heru-
li, Gothi, noviffimèque Longobardi, ex tota Citalpina Gallia,
annos centum quinquaginta, & amplius unum in locum con-
gesserant. Multitudine inde extra oppidum educla, in Longo-
bardorum invidiam incendio consumptum est, ac solo equat-
um. Sab. l. 6. En. 8. ex P. Diac. Advent. A. D. l. 3. Sigulii vocat.

Irruenti in Northumbriam Avaslo Danø, Elgatus
Anglus, Edmundi Regis Angliæ Præfectus, gloriatus fe Dani-
co sanguine oriundum, univcrfas arces tradidit, ac munitiones.
Profligato autem à Scotis, & Anglis Avaslo, captus Elgatus,
Eboraci quadrigis disceptus est. H. Boetb. l. 11.

Obsidebant Veneti circa annum sal. 1281. Tergestum, & ca-
stellum extruxerant. Cardanus, qui honestiffimum ordinem
in Venetis castris ad eam diem duxerat, in perfidia suspicio-
nem venit præfidii tradendi. Capto, quæstionique adhibito,
nescari consilii confessio expressa est. Convictus sceleris, post-
ridie, ubi primum illuxit, tormentali machina in hostium ca-
G stra conjectus est. Sab. l. 10. Dec. 1.

Cum Joanna, Regina Neapolitana, Alphonfi Aragoniæ re-
pentinis armis circumventa, obfessaque in arce Capuana, co-
hortante demùm, deducenteque Magno Sforcia, Averfam fe
recepiffet: Gratianum Faventinum custodia arcis præposuit,
commendante ejus virtutem, ac fidem Sforcia, qui illum mag-
nis beneficiis, ac præfecturis ornatum ab humili militia loco
ad primos honores extulerat. Is beneficiorum oblitus, Catala-
nis fe proditurum aream pepigit. Verum detrecta perfidia, Sfor-
cia apud Silicium Gilani amnis pontem, Averfana via præla-
ta in arbore suspensum, agitandum vento, & volucris car-
pendum reliquit. Jovius in vita Magni Sforcia.

LUDOVICUS Andegavensis, an. 1382. Neapolim urgebat,
cum in exercitu haberet lectiffima virorum 30. millia. Neapo-
litani urbis, & arcis commoditate freti, apertis portis per ludi-
brium hostem expectabant. Rumor increbuerat, castellum
Ovi non nisi arte magica expugnari posse. Accedit Magnus,
quidam ad Andegavensem, aream pontem è litore in aream
sele straturum confidenter pollicens: per quem Gallirru-
pentes, modò ne crucis signaculo conatum suum turbarent, H
arce potirentur. Reliquis juveniler consilium approbantibus,
Comes Sabaudus hominem ad se accerfit, & pollicitationis
sue certitudinem consilii facto confirmantem, quod Caro-
lo Pacifico, Domino suo, qui nunc obsideretur, non multo
ante simili arte arce tradidiffet, imaginaria maris exundatio-
ne intra arcis mœnia irumpentis, Joanna Regina, & Othone
Brunfwicenfis ad deditionem compulsis: acerbis verbis de pro-
missione accusavit: adeoque, ut hostibus certo constaret, virtu-
te non fraude magica Gallos niti, aceto carnifice capite mul-
tari curavit. Jo. Froissard. l. 2. c. 89.

Decemviri Venetæ Reipub. certiores facti fieri iudicio,
qui ab eo vapularat, Hieronymum Thronium (qui bello Turcico
Naupactiarum, quam Reip. nomic-
custodiebat, hostibus tradiderat, eamque ob rem exul
aliquot annos fuerat) id quod fecerat de tradenda arce,
pretio accepto feciffet: ab exilio domum redeuntem in vincula
conjecerunt: pauloque post quæstione habita, è fu-
piorie curiæ porticu, quæ in foro est, inter rubri lapidis
Dd 3 columnas

fibi non reddidit causati, Tribunis seditionis eiecit, C. A. Albius Calenum, & C. Adium Umbrum sibi duces creaverunt. Novi motus auctores Imperii insignia, fasces, & securis suis imminentes cervicibus suscipere ausi, sociorum fines cupiditate prædæ infestabant, imperabantque proximis civitatibus pecuniam: superbèque exigebant. Ceterum ubi Scipio convulvit, cum copiis Suonem profectus, seditionis exercitum pro concione increpuit. Et ut pœna ad paucos, exemplum ad plures perveniret, auctores seditionis, qui quinque, & xxx. numero fuerant, ante tribunal destitutos primò virgis iussit cædi, inde cascos securi percussit: adeo omnibus metu torpentibus, ut non modò ferocior vox ulla adversus supplicii atrocitatem, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Sumpto de his supplicio, stipendium est omnibus redditum, misisque novo sacramento adactus.

Selymus Turcarum Rex, an. 1517, profligatus, ac trucidatus duobus Alcairi Sultanis, unà cum tota serè Mamalichorum superba progenie, provincias omnes, etiam in extrema finis Arabici parte sitas occupavit. Quibus Cajebeum administrandis præfecit, ut proditionis id illi præmium foret. Sed enim Junus Bassa, qui munus hoc honorificum sibi tradi vehementer exoptabat, id ægerimè tulit. Unde etiam id honoris Cajebeo invidens, curavit, ut Janizari, qui Alcairam custodiebant, statim à principis discessu in unum collecti tumultum excitarent, quo Cajebeus ob id male audiret apud omnes. Verum scelus in auctorem recidit, Nam Selymus cognita Junii fraude in itinere, non procul ab Alcairo capite eum puniri iussit: ut omnibus ostenderet, non esse adversus Imperatorem tumultu militari ludendum. *Jovius in vita Selymi.*

Ferdinandus Davalus Piscarius, Genua expugnata, cum esset Cariniano in oppido, severitatem exercuit non modò sibi, ac exercitui utilem, sed postea ad exemplum cæteris ducibus profuturam. Erat in exercitu onusto præda Genuensi, & propterea scortis, & laxis undequaque plenissimo, equorum incredibilis numerus, & jumentorum, quæ diram vastitatem asserabant agris, & oppidis, & ignavum, nimioque luxu disfluentem militem reddebant, tanta licentia, corruptelæque, ut penè totus exercitus in agmine equestris esse censeretur. Quibus de causis permotus, per præcones edixit, ut singula cohortes quater nos tantum equos alerent, pro præfecto, signiferoque duos, cæteros pro agris, qui tamen à medicis inspecti, equos per syngrapham gemma ducis obsegnatam ad iter impetrarent. Id cum totis castris pronunciaretur, Vega Bethicus insolentia militari, ore, sermoneque turbido, in corona militum penè concionari cepit: professus, si sibi animo, iudicioque similes reperiret, se daturum operam, ut milites ea syngrapha non egerent: qui tot bellis, atque victoriis effuso sanguine debilitati, non equis modò, sed curribus vehi, virtutis honore mererentur. Id cum rescivisset Piscarius, qui seditionis milites, etiam vel levissimæ consternationis auctores, suprâ omne criminorum nomen vehementer oderat, iniitiae semper seditionis fortiter opprimenda esse, inter præcipua disciplina præcepta didicerat, ad proximum oppidum ipse antecedens castra mutavit: cum itaque armatus exercitus constitisset in foro expectans, ut à magistro castrorum singulis centuriis contubernia præberentur, ipse ante prætoriam domum petulando vultu, mollique sermone, ut iram biduo antè conceptam dissimularet, præfectos appellans, Joannem imprimis Dorbinum, Salfedumque, & Corberiam interrogavit. An Vega ille, qui petulantibus verbis cohortes ad seditionem penè concitasset, videre esse castigandus? Nec mora, si pari consensu poenam illum jure mereri fateatur, sed differendam in aliud tempus censent, quod veteranus insignem improbis, ac audacibus maximè carum, & centurionum propè omnium familiarium, spectantes, armatoque exercitu comprehendere nequaquam oporteret, ne perturbatis omnibus tumultus oriretur. Hæc quanquam verisimilia videntur: in consilio tamen perleverat vir, ut majestatis, ac Imperii nomen nulli esse obnoxium periculo, & seditionis etiam terribile prorsus ostenderet. Igitur Vegam ad se vocari imperat, adventantem cum globo militum quibus, si quid durius accideret, salutem suam commendaret, perconctatur, An in corona seditionis perorasset? inanique verborum circuitu sese excusantem dato licet signo transdidi jubet ipse eodem momento in alios gladium distringit, tanto impetu eos adortus, ut non modo Vegæ satellites cæli, fugatique sint, verum universæ cohortes incredibili metu percussa, celeri, silentique agmine toto excedentes foro, ad hospitium nondum designata delugunt. Id factum sicuti ple-

risque inopinatum, vehemens, & maximè severum apparuit: ita Piscario auctoritatem mirum in modum accumulavit, cum cum militibus uti in ipsa severitate justissimum ex ad odium nomen omnino mereretur: & contra uti facilem sine contempione plurimum adamarent, cum in summa etiam benigni, & clementis animi tranquillitate gravissimus haberetur. *Jovius in Piscario.*

ALFONSUS Vastius ad Tuntanarum expeditionem Neapoli profecturus, quosdam, qui pertaxi naufragii maris, & longinquæ navigationis incommoda reformidantes, conceptas de victoria spes malignè extenuare, stipendii tenuitatem deestari, confemmareque multitudinem, ut signa desererent, solitios sermonibus cœperant, involutos facies, profundo mari spectante classe merfit, *Jovius l. 34. Hist.*

Exercitus Romani in Armenia, cum cognovissent, Irenem filium suum Constantinum ab Imperio removisse: coegerunt eum, ut magistratu deposito, filium solum sineret imperare, an. Dom. 792. Anno sequenti, cum Constantinus partem Imperialis dignitatis patri restitisset, Armeniacus exercitus id adeo tulit indignè de Alexio cogitaret Imperatore creando. Constantinus Armeniorum quorundam proditione illos vicit, seditionis auctores interfecit, reliquos proscripti: mille F. victinos in urbem duxit, eorumque facies inscripta tamento, Armeniacus infudit. *P. Diac.*

NAVALLIS.

Lege nautica Septentrionalium cavetur, ut qui in navì tumultum excitavit, funi alligatus, præceps in mare dejectus, à dextra in sinistram partem subitus canina navis trahatur. *Olavus l. 10. c. 16.*

DEFECTIONIS, REBELLIONIS, TRANSFUGII Pœna.

Viçto Abfalone, Judæi Davidem suum Regem exulem reduxerunt primi, atque soli, non expectatis reliquis Israelitis. Id inique tulit Israelita, quasi à fratribus suis Judæis contempti essent. Itaque Seba Bochris F. Jeminiensis signo tuba dato, Israelitas omnes à Davide abduxit, solis Judæis in fide permanentibus. Verum à Joab in urbe Abelmach obsessus, consilio mulieris cujusdam ab oppidanis trucidatus, caput ejus demeris in castra Joab projectum est. *2. Reg. 20.*

Germani transfugis dextras amputabat. *Alex. l. 3. a. 13.* EPAMINONDAS Thebanorum Dux, cum Sicyoniurum oppidum Phubiam expugnasset, in qua maxima pars erat Bæotiorum exulum: notis compunctos, qui comprehensi fuerant, omnes dimisit. *Pausan. in Bæoticiis.*

ARBARZANES, à Xerxe Rege, à quo fatrapa Phrygia creatus fuerat, defecerat. Missis copiis, illum Rex in petita tem redactum in crucem egit. *Suidas.* HELOTAS à Spartanis bello subactos, cum rebellarent, ab Agide perpetua servitute damnatos legimus. *Plut.*

ATHENIENSES lata lege statuerunt, ut defectoribus partim pollices à manu dextra (ut posthæc hætam ferre non possent, remos vero commodè agere nihilominus possent) rescinderentur: partim punctis in facie (quæ noctuam referrent) notarentur. *Ælian. l. 2. de Varia hist.*

Cum legatos Xerxes ad Græciæ civitates misisset, eas ad imperata facienda hortantes: contigit, ut unâ cum eis esset Græcorum interpres Themistocles ergo, qui eo tempore Athenæ præcuram gerebat, interimi eum curavit, indignam rem arbitratus, quod ad Barbarorum arbitrium in Græciæ detrimentum Græci ureretur lingua. *Plut. in Themist.*

Cum Thebanos, qui cum Mardonio, & Petris senserant, ad dedicationem compulsi Græci post pugnam à Platæas gestam, eorumque principes pecunia data se evasuros sperarent Pausanias Lacedæmoniorum Rex dimissis omnibus sociis, veritus ne Græci pecunia corrupti fontes liberarent, adductos Corinthum omnes capitali supplicio affecit. *Herod. lib. 9.*

HISTORIUM Milesum, cum à Rege Dario defecisset, in crucem ab Artapherne Sardis actus fuit. *Herod.* ARTAXERXES Rex Persarum, Medum, qui transfugerat, & rursus rebellaret: pro insigni ignominia iussit scortum capite circumferre nudum. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 13.*

Cum maris imperium teneret Mitylenses, sociis, quid deseciverant, hanc poenam imposuerunt, ut liberos suos non docerent literas, neque artes liberales: omnium suppliciorum hoc gravissimum judicantes, in inscitia, & ignorantia artium liberalium vitam transigere. *Ælian. de Var. hist. l. 7.*

APOLLONIDES, præfectus à Casandro Macedonum A Rege urbi Argivorum, excursionem in Arcadiam facta, potius est urbe Stymphaliorum. Interæ Argivorum ii, qui Casandro erant infensi, invocant Polyperchontis filium Alexandrum, urbem se dedituros pollicentes, Alexandro tandem, Apollonides Argos veniens, ac nactus adversariorum ad pingendos in curia consulentes, eos exitu exclusos combustis vivos: reliquorum magnam partem relegavit, paucos comprehensos interfecit. *Diodor. l. 19.*

Romani transfugas hostium detrahis armis, ne quid insidiarum simulata transiione moliri possent, in postremam aciem ducebant, nec illis quicquam credebant amplius. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 7.*

Cum Annibal Pœnus cum exercitu in Italia esset, & aliquot pugnas Populus Romanus adversus pugnavisset: primi totius Italiae, Brutii, ad Annibalem desciverant. Id Romani agrè passii, postquam Annibal Italia decessit, Pœnicis superati sunt, Brutios ignominia causa non milites scribi, nec pro focus haberi, sed Magistratibus in provinciis euntibus parere, & præministrare servorum vice decreverunt. Idem & adversus B Picentes, & Lucanos observatum est, viatorumque, & tabellariorum vice habitii sunt. *Ærodius ex Strabone, l. 5. & ex Aulo Gellio, l. 10. cap. 3.*

Q. Fabius, bello Carthaginiensi, iis omnibus, qui à Romanis defecerant, ac hostes fugissent, manus amputari iussit: trunca præ se brachia gestantes, metum defectionis reliquis iniicerent. *Val. Max. l. 2. c. 2. Frontin. l. 2. c. 1. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 13.*

CALPHURNIUS Pifo Consul transfugas milites, tunicato, disinctosque per totum diem, cum decem pedis cespitem portantes, ante prætorium stare, vel obsoleta toga, & tunica disincta, nudis pedibus ante principia adesse præcepit: ut hunc in modum maximam ignominiam notam abolerent. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.*

AFRICANUS superior devicta Carthagine cum omnes, qui ex Romano exercitu ad Pœnos transierant, in suam potestatem redegit, gravius in Romanos, quàm in Latinos transfugas animadvertit. Hos enim tanquam patris fugitivos crucibus affixit, illos autem tanquam perfidos socios securi percussit. *Alex. lib. 2. c. 13.*

AFRICANUS posterior, everso Punico imperio, exterarum gentium transfugas in edendis populo spectaculis feris bestis objecit laniandos. *Ibid.*

L. PAULUS Æmilius, Persæ Rege devicto, transfugas, & delinquentes omnes elephantis objecit. *Idem, ex Val. Max. lib. 2. c. 2.*

Salasti alpium vertices, montesque propemodum inaccesos tenentes, toto biennio Romanis armis obsessi, tandem salis inopia ad dedicationem compulsi. Ceterum præsidio eiecto, cum aperte defecissent: Octavii legatos ad se missos insolenter irrisere. Nec Octavius est eos vi ad imperium retrahere conatus, cum jam majus bellum cum Antonio instaret. Permissit igitur, ut suis legibus viverent. Ceterum illi dilationem eam belli non injurie oblivione rati, in bello perseverarunt, quoad Messala Corvinus eos armis domos imperio subegit. Strabo eam gentem funditus deletam ab Octavio asserit. *Sab. lib. 9. Em. 6.*

LUDOVICUS II. Imper. post multa prælia, Rastricem principem Selavorum captum, propter violatam fidem oculis privavit, ann. Dom. 859. *Sigebert. & Regno D lib. 2.*

GUIDONEM Turianum proditorem Guelfum Mediolani exegerat Henricus VII. Imp. Cui cum faveret Cremonenses, Laudenses, & Cremenses, missis clavibus Henrico, & sua Castria subiecerunt. Brixiani in rebellionem contumaces perleverant: quos Theobaldus Bruffatus, qui Spira militari parazonio à Cesare donatus, ejusque benedictio in patriam receptus erat ab exilio, ad defectionem sollicitabat, in rebellionem detinebat: longa igitur obsidione Brixiam premens, fame, serro, flammisque tandem perdomuit. Cum autem Theobaldus in monte, qui Brixie imminet, cum paucis militibus quotidie Cesaris facia spectaretur: tandem capta rupe, & obfessa, milites occiderunt, ac spoliarunt. Inter captivos Theobaldus, qui se mortuum simulabat, ut hostium manus elaberetur, re-pertus, ad Cesarem perducitur. Quem accuratissimis verbis, proditorum incescit, illumque diligentissimè curari iussit, ne morte superveniente, supplicio eriperetur, sed ut diutius affligere retur. Crudelissima dehinc ejusdem audita sunt flagitia: quæ in propinquos, in generum lævissimus latro patraverat. Sed

cum octo diebus corpus esset fixatum medicinis (vulnus enim lethale habuit) equo alligatur perfidus, per exercitum E rapatur, in quatuor dein partes disiectus. Tum ex ad verso urbis, pernice delixæ sunt, in quarum fastigio caput, pedes, & manus deligantur: Brixiani etiam quatuor capti bobus alligati dilacerantur. *Cusp. A. D.*

Patavinis civibus, qui erant Venetiis in custodia, Alberto Trapolino, Bertucio Bagarotio, Jacobo, Leoni, Ludovico Comiti, propterea quod in Sexdecim virum collegium à sua civitate ad lecti nullo unquam laceffitu maleficio, nulla injuria pellecti, hostiliter se in Venetos gesserant: Calendis est Decembris 1509. anni, in foro Decem virum lege laqueo gula fracta, & bona fisco addicta. Quæ quidem res, quod ferè semper in urbium, & regnorum conversionibus fieri consuevit, ut plerique in novorum Dominorum gratiam se prioribus Dominis adversarios remant, à multis habita est aliquanto acerbius, & ab hujusmodi temporibus aliena: namque multi ejus supplicii exemplo perterriti, ad Reipublici nomen, atque ad dedicationem effecti sunt duriores. *Bembus l. 9. Hist. Ven.*

Epirote xx. Patavio, tum à Maximiliano Imp. Rom. adhuc obsidione presso, emissi, omnemque agrum percurantes, Sonzimum Benzonium, qui se ad hostium exercitum Verona conferebat, quorum erat rei frumentariæ procurator, in itinere ceperunt non longè à Montiano, cum equitibus paucis, & jumentis sarcinarius plerisque, & captum Patavium adduxerunt. Quem quidem hominem, propterea quod cum civitate, & jure comitorum majoribus suis tradito frueretur, & præterea stipendia Reipublicæ faceret, planè Senatui carissimus, anno superiore in clade exercitus Cremam à legato missus, id oppidum Gallis hostibus tradiderat, posteaque semper bellum Reipublicæ fecerat: legati Veneti laqueo gula fracta versto in proditores exemplo pedibus suspendi mandaverunt. Stanio Clementi Epirote, & tribus ejus equitibus, qui Sonzimum ceperant, pensiones sunt annuæ omnibus suffragiis à Senatu donata: ipsi uni & militiæ insignia, & vestis aurea superaddita. *Idem, lib. 10.*

FRANCISCI Carmaniola opera feliciter usi Veneti, sed postea sæpius ab eo delusi, variisque casibus vexati, literisque etiam ejus interceptis, quibus Philippo Vicecomiti suam pollicebatur operam, evocato ad hoc senatu, qui ex pluribus magistratum ordinibus contrahitur: cum ad primam faciem Patres curiam ingressi essent, usque ad lucem ea consultatio protracta est. Erat tum Venetiis Carmaniola, qui dum manè principem salutarum venisset, hilari fronte ac co curia exeunte quævisse dicitur, Matutina ne, in vesperina potius (qui post cenam non quievisset) uti deberet salutatione. Cui subridens princeps, senatum dixit magna animis volentem, pervigili illa disceptatione nihil tam frequens quam ejus nomen in ore habuisse. Mokque ne qua ex ea voce innascereur suspicio, sermonem ad alia convertit. Intercesserunt consulationem illam, ac supplicii diem menses sermè octo, quibus adeo perpetuo, constantique silentio res compressa est, ut ne minima quidem suspicio, aut conjectura ad Carmaniolum perveniret: cum multi alioquin ex eo ordine, & longa familiaritate conjuncti, atque ad modum inopes essent, quorum quilibet quantumvis auri ea confessione reo exprimere potuisset. Temporis igitur spatio (quia cum Philippo jam de pace agi ceptum erat) accessit ille Patrum licentis, Venetiis venit. Eum Patavio flumine scapha devehctum, frequentes Patrici de more mutua gratulatione exceperunt, exceptumque in curiam, haud ignari eorum, quæ parentur, præcipua Comitæ perduxerunt. Hic subiectus quaestioni, & literis, quas suas esse negare non poterat, & domesticis testibus convictus, undetricesimo die postquam in custodia esse ceperat, ad gemmas columnas securi est percussus: ejus bona in publicum sunt redacta. Acquisitionis capita fuere subsidium Trivisano denegatum, & Cremona per fida cunctatione Philippo servata. *Sab. lib. 1. Dec. 3.*

Genuenses libertati, Gallico præsidio eiecto, per Andream Auriam civem suum restituit, ut bene multatos Savonenses relinquerent, in eorum portu duo magna navigia plena ingentibus faxis demerentur, scilicet ut victis, & armulis, omnem ejus portus opportunitatem adimerent: imposita graviore etiam pœna, si portum repurgare ullo unquam tempore tentavissent. Pari quoque latitia Castellariærem decerentibus Gallis receptam, funditus everterunt, ne ulla extaret arx, quæ repomendo servitutis jugo, vel civibus tyrannanis, vel externis regibus occasione afferre posse censeretur. *Jovius lib. 26. Hist.*

Burdgalensibus, qui ob salinas, & vestigalia adversus Henricum II. Francorum Regem rebellant, ann. 1147. ob seditionem campanæ omnes sunt crepta. Sleid. in l. 25.

DESERTIONIS PœNA JUSTA.

In expeditione Israelitarum adversus Beniamitas Gabacenses, cum Jabenes Galaadite in castris ad Masphan non fuisset deprehensus: Israelitarum 12000. eos adorti, omnes viros, pueros, & mulieres virum expertas ferro trucidarunt: virgines tantum 400. in castra Silentem adductas, 400. Beniamitis nuptui dederunt. Judicum c. 21.

Apud Thurios lex erat militaris, ut contumax miles desertor, vel transfuga, muliebri veste amictus, ob ignominiam vincus teneretur. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.

ARTAXERXES Persarum Rex, Arbaci cuidam Medo, qui in conflictu pertugerat ad Cyrum, mox perempto illo se receperat ad ipsum, timiditatis, & ignavia notam inurcens, non proditoris, vel improbitatis: imperavit, ut nudum collo impostum, equitantis modo, scortum per integrum diem circumferret in foro. Plut. in Artaxerxe.

Carya civitas Peloponnesi, cum Persis hostibus adversus Græciam concesserat, fug. ac totius patriæ libertatis, sacrorum, legum, fœderum immemor. Igitur quantum in ea fuit, universam Græciam Xerxi prodiderat. Verum ea tam celebri parata victoria, Græci communi consilio Caryatibus bellum indixerunt: & tandem oppido capto, viris interfecit, delecta civitate, etiam matronas in servitutem abduxerunt. Sed & hoc constitutum est, ut hæc carum, quæ filia licet servitutem fervientem, atamen neque stolas, neque matronales habitus deponerent: uti non uno triumpho Caryatas ducebantur, sed isto exemplo infestis servituti, eaque perpetua contumelia, pœnas in aeternum pendere viderentur. P. Ærod. ex M. Vitrivio Polliane, de Architectura lib. 1.

PHOCENSES, quoniam Xerxis partes quamvis coacti fuerant secuti, multa gravi ab Amphidyonibus affecti fuere. Siquidem decreverunt Amphidyonibus, Philippum Amyntæ F. cuiusque posteros in collegium cooptate, cum duorum suffragiorum iure, quæ debellati Phocenses habuissent. Urbium trium Phocidas inœnia, solo aequari, ne ipsi Phocenses, aut sacri templi, aut Amphidyonum consilii aliquo modo participes essent. Ne eisdem equos, aut arma habere liceret, donec subreptam omnem pecuniam Deo exsolvisset. Phocenses autem, alioque, qui sacrilegio templi Delphici inquinati autugissent, scelertissimos haberi, coque omnibus locis impune terrali possit, Urbes omnes, quæ Phocensibus parentem, diruit, & redigi in pagos, qui haberent domos non plures sexagenis, quive haud minus intervallo stadii unius inter se distarent. Agros suos haberent, sed eorum vestigal annuum talenta sexaginta Deo penderent, quoad pecuniæ, in rationibus scriptæ tempore templi direpti, satis Deo fecissent. Diod. l. 16. & Pausan. in Phoc.

THEMISTOCLES Hieronem, cum equitatu venientem ad ludos Olympicos, vetuit certamen spectare, dicens: Eum, qui maximi periculi se socium Græcis contra Persas non præbuisset, non æquum esse, ut communis conventus particeps fieret, & ob eam rem laudem est affectus Themistocles. Æl. l. 9. de Var. hist.

ARISTOCRATES Ictæ F. patriæ Trapezuntius, Arcadem Rex, cum Messeniis bello secundo Messenico auxilia ferret, pecunia corruptus à Laconibus cum signa collata essent ad Foilam magnam, suis, ut fugerent, auctor fuit. Ea fuga Messeniis proditi, omnem propemodum multitudinem, & exercitus robur amiserunt: & qui antea toties Duce Aristomene illustres victorias retulerant, omni serè salutis spe amissa, relicti oppidis, quæ à mari longius abessent, in Eran montem sese receperunt. Quo vi. x. post anno expugnato, cum Aristomenes cum reliquis ad Lycæum montem fugiens, ab Arcadibus benignè exceptus esset, & consilium suum de occupanda noctu Sparta, Lacedæmonis in diripienda Era occupatis, exposuisset: Aristocrates in codicillis ea omnia exarata Anaxandro Regi Spartano, per servum misit. Quem reverentem cum literis Anaxandri Arcades interfecerunt, & in concionem productum lapidibus obruerunt, atque insepulturn extra fines abiecerunt. In Lycæi quietiam sano columellam his versibus erexerunt.

Ultra dies facile est, dextro Jove, longa tyrannum, Qui Messenemolim prodierat miseram. Difficile est hominem perjurum fallere divos. Tu salva, & serva, Jupiter, Arcadium. Pausan. in Messeniis.

PHILIPPUS Rex Aphthonetum fragris excidit, quod cum sitivisset, acie deferta digressus ab itinere, ad publicum hospitium diversisset. Ælian. l. 14. Varie hist.

Ido fœdere, sub Tullio Hostilio Rege, inter Romanos, & Albanos: Fidenates, Vercibus focus consilii assumptis, sub pacto transitionis inter eos inito, & Metium Suffetium Ducem Albanorum, à Romanis defecerunt. Tullius, Metio, exercitue ejus ab Alba accito, suos direxerat adversus Vercem, Albanos contra legionem Fidenatium collocaverat. Verum ex composito Metius pugnam deseruit, senfim ad montes fecedens, eo consilio, ut fortunam belli experiretur, ac sequeretur, quæ fortuna rem daret, cæ inclinaret vires. Tullius sua virtute, atque sapientia nihilominus parva victoria, dum, ut nec suis (ignorantibus se defese) averteretur à certamine animus, & hostibus circumveniri se à tergo ratus, terror, ac fuga iniiceretur, id Albanos vultu iussu, & imperio facere clamitat, concione advocata, milites quidem nihil peccasse pronunciat: etenim Ducem secutos esse, & Imperatori suo paruisse. At Metium ductorem hujus itineris, hujus belli machinatorum, ruptorem Albanis, Romanique fœderis, eo supplicio ultus est, ut qui paulo ante animum inter Fidenatem, Romanamque rem accipitem gesserat, ita corpus suum passim distrandum daret, duplicisque animi noxam pœna divini corporis expenderet. Itaque duabus admotis quadrigis in curru earum distentus, & alligatus Suffetium in diversum iter concitatis equis, laceratur, atque discerpitur. Crudelestimum sanè supplicium, ideoque à Romanis festum usurpatum: ab aliis deinceps pœnas erga proditores ultatum, cum ne hoc quidem immanissimum cruciatu, delictorum atrocitas, immanitas, impietas ullo modo attingi possit. Ærod. ex Livio, Dec. 1. l. 1. & P. Orosio, l. 2. c. 4.

Carthagenes cum septuaginta milibus contra Timeleontem Corinthium Syracusas movebant, ducibus Annibale, & Amilcare. Syracusani magnitudine illius exercitus adeo trepidaverunt, ut ex sexaginta milibus vix tria milia capere arma, & Timeleonte ausi fuerint sequi. Qui mercenaria stipendia faceret, quatuor milia numero erant: horum item ad mille in itinere per ignaviam recesserunt. Ad præstegium Timeleon præclarum victoriam ad Crimam annum de Pœnis reportavit, relicto ad vastandum Carthagenensium provinciam mercenario milite: Syracusam profectus mille illos mercede militantes, qui ipsum ante pugnam deseruerant, Sicilia expulsi, atque ante Solis occasum excedere coegit Syracusis. Qui cum in Italiam transfussisset, perisidè à Brutis violati, occubuerunt: atque hæc pœnas ab eis exegit Deus proditoris. Plut. in Timeleonte.

Bello Vercem, cum 300. Fabiis hostibus circumventi essent, T. Menenio Consuli Tribuni pl. diem dixerit. Invidiæ illi erat, præfidium ad Cremeram amissum, cum ipsius castra in proximo effent, nec laborantibus Fabiis subvenisset. Juvit illum fummo pere optimatum factio, pro eo non minus quam pro Coriolano, totius ordinis viribus connixa, sed multo magis Agrippæ patris recens memoria. Quo factum, ut cum captis in eum inquisitum esset, dum millium aris damnato mulctam Trib. pl. inscriberent. Nec ipse divitiis iudicio superavit. Homo ingentis spiritus, ignominia dolore confectus, paucis diebus expiravit. Sab. 1. l. 1. Enn. 3.

Anno quinto belli Punici, Roma Calius Metellus, & qui cum eo post Cannensem cladem consilium deserendæ Italiam iniverant, à M. Attilio Regulo, & L. Furio Philippo censoribus sunt ignominia notati. Equus, quo publicè usus erat, ademptus est. Alii tribu summo, atque ærari facti. Inde ad duo milia H Juniorum tribu summo sunt, quod in tanta Reipublice quiete quadriennio non militasset, nec vacationis causam dicere iussi, ullam justam asserere potuissent. Adidit censorie note triste Senatusecensulum, ut ejusdem noxæ rei, eadem conditione in Sicilia militarent, quæ à Cannensis exercitus reliquiis. Sab. lib. 3. Enn. 5. & Val. lib. 2. c. 4.

P. CORNELIO Nasica, & Decimo Junio coff. qui exercitum deseruerant damnati, virisque casti publice vniuerunt. Frontinus lib. 4. c. 1.

P. Scipione Nasica, cui Scetapionis fuit cognomen, & Junio Bruto consulibus, C. Macienus accusatus apud Tribunos plenis, quod exercitum in Hispania delevisset, damnatus, ac diu virgibus sub furca cæsus, sequestro nummo vniuerunt. Sab. lib. 9. Enn. 6.

AUFIDIUS Cassius memoria proditor, novo exemplo, multis desertoribus manus detrunca, & pedes: affrensus majoris disciplinae fore, miserabiliter criminoso vivere, quam occidere. Alex. ab Alex. l. 2. c. 13.

AUGUSTUS Cæsar Equitem Rom. quod duobus filiis A adolescentibus, causa detrectandi sacramenti pollices amputasset; ipsum, bonaque subiciti hactæ, Suet.

C. VATTIENUS, qui sinistra manus digitos, ne bello Italico militaret, absciderat, bonis publicatis, æternis vinculis puniendum, Senatusecensulo sanctum est. Usu verò scuti eo facto in se privasse videbatur, quod sinistra manu capi solitum, Ælianus testis est. Ex Val. lib. 6. cap. 3. Cælius lib. 10. cap. 4. Antiq. Leg.

TRAJANI temporibus, is, qui delectu per bellum indico, filium debilitate dicebatur, ut in habilis militæ esset, deportatus est. Sed & Caligatus, qui metu hostium languorem simulavit, in pari causa proditoris esse, responsum est. Quid hoc enim aliud est, quam prodere? si ex timiditate proficiscitur, adhuc propter exemplum puniri debuit, nec sit hæc sua delinquentibus omnibus, soli, culpæ, malitizive lux paratissima latebra. Id veteres Galli nunquam apud suos accidisse gloriabantur: illoque joculariter Murcos appellabant. P. Ærod. ex Val. Max. lib. 6. cap. 2. & Am. Marcell. lib. 15.

LEO Patricius, Thraciæ, & Macedoniæ Præfectus, re feliciter gesta contra Saracenos, quod aliterum Ducem Procopium Romanum (quo cum simulatas exercebat) non videret, sua dignitate exutus, à Basilio Imp. Constantinopolitano relegatus est. Cedren. in vita Basilii.

TOXIS Hunnorum Rex, susceptæ, Othonis I. Imp. tempore, in Galliam expeditione, cum in reditu Rhenum trajecisset, quæ primum Germaniam attingit, exercitum præda onustum in tres partes divisit. Ex quibus cum tertia Pannoniam repeteret, eam victicem Saxonæ ad sinuam Thuringiæ civitatem adoriuntur: & præter septem, quos vivos ceperunt, omnes trucidant: septem, quos captivos reservant, utilitatem suis cladem referent, amputatis auribus in Pannoniam dimiserunt. Duæ partes, quæ superfueraut, audito suorum casu, antequam Sueviam attingissent, depositis spoliis, quicquid hominum, pecorumque occurrerat, trucidant, magnificaque inferias ad placandos suorum manes faciunt. Illi vero septem, quia cum suis mori recufaverant, ab Hunnis multati sunt: omnia orium bona in ærarium publicum relata: ipsi ab uxoriibus, ac liberis abdicati, nudis semper pedibus incedere, per singula in castris mendicare tentoria, nihil usquam, quoad vixerint, possidere iusti sunt. Perpetua demum ignominia nota, his inusta, quæ à cognomento proflixit. Lazari namque, & mendici sunt appellati. lib. 10. Dec. 1.

PIPIBUS Francorum Rex, Ramistanum, Vaifari Aquitanici Ducis rebellis patrum comprehensum resti suspensit, quod à Vaifaro ad se, ab se ad Vaifarium transfisset, infirma semper fide. Æmil. lib. 1.

FREDERICUS I. Imp. cum contra Mediolanenses, & Alexandri III. Pontificem bellum gesserat: Henricus Superbus cognomine Leo, Dux Saxoniz, sua confusus potentia, & Alexandri Pontificis gratia, ab exercitu Imperatoris discessit. Itaque dignitate Electionis Imperialis (Electo enim erat) & Ducatus privatur. Ducatus Noricus Othoni Palatino de Wittinspach donatur: Saxoniz verò Ducatus, & Electionis dignitas Bernardo de Anhalt confertur. Qui ambo adiuti à confangunicis, & Ducibus, in suis dignitatibus servati sunt, ac meritis pœnas Henricus luit. Cusp. A. D.

JAROPOLHI Ducis Kioviæ consilio astuto omnes Principes Russiæ adversus Boleslaum Regem Polonorum circa ann. 1126. conspiraverunt: utique cum facilius sub prætextu amiciciæ obtrudere possent, legatos ad eum destinaverunt, obstringentes se omnes tributarios, ac subditos Poloniæ regno fore, utque Ducem Halicemsem in locum primum reduceret optabant. Rex igitur nihil mali suspicans, expeditionem in Russiam parvis copiis cinctus adornavit, eumque ad Halicem civitatem appropinquaret, ecce Principes Russiæ cum auxiliariis copiis Hungarorum quasi congratulantes ei ex insidiis cruerunt, Regemque undequaque circumdederunt. Palatinus Cracoviensis admonitione regia minime motus, cum præcipua ala Equitum, cui præfectus erat, inter primum tumultum aufugit. Rex verò non tam Ruthenorum fœderisrogum insidias, quam Palatini Cracoviensis perfidiam turpissimam execratus, pellicem leporinum, & colium muliebrem cum lino, & chorda misti, indicans eum lepore fugiendo similem esse, & quod indignus sit vir, sed mulier haberi, resque muliebres, & non viriles potius tractare, suspensioque dignum. Palatinus in desperationem adactus, in campanili oratorii fide campanæ sese suspendit, cuius nomen

propter posterorum dedecus in Chronicis reticetur, ab hocque tempore Castellanus Cracoviensis Palatinum auctoritate, dignitateque antecellit. Guaguin. in vita Boleslai Krzuouii.

Heluetiorum feverissimæ sunt leges, ut sub oculis spectantis exercitus, qui præ metu turpia, atque indigna viri forti tentaverint, à proximis commilitonibus statim obruentur. Ita major metus minorem vincit: & metu fœdæ mortis, decora mors non timetur. Jovius l. 11. Hist.

HOMICIDII PœNA JUSTA.

Apud Israelitas omnis, qui hominem sciens, volensque quomodocunque occidisset, morte plectebatur, vel à magistratu, vel vindice privato alterius necis: si per imprudentiam in oppida profugit tanquam in asyla confugiebat, & illic tutus erat, nec nisi post mortem summi Pontificis revertebatur in patriam. Sin extra fines asyli progressus esset, impune à vindice interfici poterat, sanguine enim (inquit Dominus) impiatur terra, neque à sanguine in ea fuso expiatur, nisi ejus sanguine qui fudit. Num. 35.

Si quis apud Aegyptios sponte, aut liberum, aut servum occidisset, morte damnari leges jubebant, quæ non fortunæ condicione, sed consilium facti pendentes, homines à sceleribus deterebant: & simul vindictæ servi morte, reddebantur liberi sceleriores. Diodor. l. 1. c. 16.

Quamvis Joab Davidi Regi ob artis militaris peritiam, & fidem carissimus fuit: tamen quia perfidè occidit duos viros, occidi cum fecit Salomon, tenentem cornu altaris. 3. Reg. 2.

Apud Memphis exterminabatur: donec à Gymnosophis expiatus, in patriam solum, & lares proprios restitueretur. Diod. Sic. l. 2. de rebus antiquis.

Germanis olim homicidium certo pecorum numero luebatur, atque universa domus satisfactionem capiebat. Sab. l. 2. En. 6.

Græci homicidio pollutos, aut sanguine infectos humano, hominesque turpissimum sordium sacris arcebat: neve aras contingerent, aut sacrificio interessent, lege interdicitbant. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17.

Visti Athenienses, gravi exorto bello inter eos, & Aeginetas, ad unum usque omnes interfecit sunt. Is cum solus Athenas redisset, ægrè tulerunt omnium uxores, qui in acie occubuerant, incolument hunc unum videre, ac superstitem. Igitur unaquæque de viro suo quasi ubinam is esset, deque universa, & communi clade quaesitura, hunc circumfusa ambiunt, fibulisque, & acubus vestium suarum compungentes, tandem interficiunt. Vifa est, ac meritò, Atheniensium magistratibus, gravi accepta clade hæc gravior cædes. Igitur diu, multumque inter eos actum est, quæ pœna id vindicari possit. Profecto quia ad nimis plures hoc crimen pertinebat, in omnes animadverti non oportere, sapientissimè videbatur, in unam etiam, aut alteram capitis inquirere, id quidem æquum, verumque esse posse, si ea inter cæteras agnosceretur (quod ferè in his popularibus delictis non accidit) quæ vel ferire inchoasset, vel ejus certè ictu ille potissimum perisset: attamen aliquid vel dolori concedendum, si hanc maxime cognovissent. Igitur nec damnari ullam, nec omnes absolvi placuit. Id modo constitutum est, ut eo in posterum vestimentis genere mulieres omnes uterentur, cui componendo fibulis, & acubus non opus esset. Herod. l. 5.

Cum multi essent, quibus dictator Sylla, quod comprehensos vires ex secunda proscriptione sua intercessissent, in capita duodecies millenos denarios largitus fuerat: hos cuncti ut nefarios, ac detestabiles oderant; ulcisci tamen audebat nemo. At Cato Junior, in sua quaestura singulos accersivit, qui pecuniam publicam injustè tenebant, eamque exegit, acerbè, & cum ratione ei facti atrocitatem, & fœditatem improperans. Ad hunc modum ab eo accepti mox affines erant cædis, & quodam modo præjudicio jugulari abripiebantur ad Iudices, pœnaque pendebant, omnibus exultantibus, existimantibusque ea teillam deleri tyrannidem, Syllamque ipsum se supplicium videre perfolventem. Plut. in Catone.

L. BALIENUS, quod Lucretium Acellam consulatum contra Syllæ voluntatem petentem occidisset, accusatus, & damnatus est. Ascenius Podianus.

L. LUSCIUS, Syllanarum partium centurio damnatur, quod tres cædes proscriptorum Syllæ fecisset, dives propterea factus: nam amplius sexcenties possedit. Ascenius Podianus.

PHILODAMUS, Lampæacenorū in Asia, genere, honore, copiis, existimatione facile princeps, cum in hospitium Rubrius, iustu. C. VERRIS

C. VERRIS legati, apud eum deductus esset: & vocatis ab ea comitibus id agi, atque id parari intelligeret, ut filia suæ vis afferret, filium, servosque suos ad se vocaverat, noctuque Lampaceni omnes eo convenerant. Ibi, licitor Verris Cornelius, qui cum ejus servis à Rubrio collocatus esse dicebatur, quatuor in præsidio ad auferendam mulierem, occidit: servi nonnulli vulnerati: ipse Rubrius in turba fauciat. Legis Cornelia rei Philodamus, & ejus filius apud C. Nerone Provincia præsidem accusantur. Injuria negari non poterat: sed quia dicebatur non oportere esse, ne in ulciscenda quidem injuria, cuiquam hominis occidendi potestatem: cum primò causam ampliasset, altera demum actione patrem, filiumque reos ex sua, confilique sui sententia condemnavit: & certè securi percussu sunt, ut à Cicerone relatum est, sed oratoris, ad crimen elevandum. *P. Arod. ex Cic. 3. Ver.*

NARSES eunuchus octodecim milia contra XXXM. Francorum Buccellino duce pugnaturus, cum equo insenso in aciem efflens proditurus, audit Herulum quemdam servo necem attulisse: ratusque non ante rem prælii discrimini committendam esse, quam illud flagitium vindicasset: homicidam ad se vocavit, ac priusquam hominis occidendi potestatem: cum primò causam ampliasset, altera demum actione patrem, filiumque reos ex sua, confilique sui sententia condemnavit: & certè securi percussu sunt, ut à Cicerone relatum est, sed oratoris, ad crimen elevandum. *P. Arod. ex Cic. 3. Ver.*

Homicidii pœna apud Anglos hæc est, quòd ipis homicidis primò in palma manus sinistra sub pollice inuritur M. litera, quia Anglice *Murder*, homicidium dicitur. Qui sic flagitium effecit rursus in peccato inventi fuerint, tum meritis illico dant pœnas. *Polyd. 1. 26. Angl. hist.*

CANUTUS II. Danorum Rex, militibus capitalis supplicii loco exilium, vel terrestre, vel maritimum decreverat. Sed ipse primus eam legem solvit, milite per ebrietatem casu. Mox autem facti penitentia ductus, vocata militum concione, milites commissi sceleris pœnas suo arbitrio exigere iussit. Illi concione lacrymantes egressi, deliberatione mita proprio Regem arbitrio decrevere multandum existimantes, plus nutui majestatis, quam privatorum sententis deferendum. Eum proinde venerabiliter exceptum, atque ex accipiti reo securi iudicis partibus inservire iustum, sèlle restituerunt. Rex culpam ære redimi debere constituit. Cuique alias homicidiorum crimen quadragesimi nummi talentis expiari solet, ipse sibi trecenta ac sexaginta multa nomine nominanda descripit. Huic summa novem talenta auri doto nomine adiecit, eandemque multa speciem consimilis culpe reis lege percipiant irrogavit. Totius verò pecunie partem Regi primam, alteram militibus, tertiam interfecto sanguine conjunctis adjudicavit. Cuique ipse in præsentiarum tam Reges quam rei partes exequi debuisset, adscriptam sibi portionem factorum præsidibus, egenisque divisit. Deum perinde, ac communem omnium principem pio munere propitiandum existimans. *Saxo lib. 10.*

LADISLAUS, Joannis Hunniadis F. Ultricum Ciliz Comitem in comitatu Ladislai Regis Hungarie Albam venientem, & in conclave seductum, à facellibus occidi curavit, eo quod patri suo sæpe infidias posuisset, rebus illius gettis invidens. Rex eam injuriam ad se pertinere dissimulans, comprehensum non multo post Ladislaum Budæ securi percussit, feligata prius à carnifice coma, uti vulnere aditum faceret. *Æn. Syl. in hist. Boem.*

ALVARUS Anius Lugus, Gallicus eques, genere nobilis, & admodum dives, cuiusdam boni viri opes temerè cupidus, in domum suam tabellionem quandam fallaciter adducit, ut sibi literas à se compositas, quibus illius viri divitias, & omnia bona quasi jure petere videretur, obsignaret. Quas tabellas, sive quid in illis contineretur ignarus, sive spe muneris, quod eques ei liberaliter pollicebatur, impulsus, sive timore, ne quid ab illo mali fibi eveniret, obsignavit. Quod ubi percipit, eques eum de manu in cubiculo suum, quasi ei mercedem daturus, adduxit, ubi quidam domesticorum suorum sceleris conficius eos expectabat. Quo adjutus, tabellionem fecerit, & in effosam scrobem clam omnibus dejecit. Cujus uxor, cum eum nocte rota expectasset, neque eum nuncios quoque verum emissis invenisset, ad Ferdinandum, & Ihabellam Catholicos Principes, Methymna Campi jus dicentes, se comulit. Illi statim iustitiae suæ præfectos inquirere iusserunt, ut scriba vel vivus, vel mortuus inveniretur. Conjecturis quibusdam, & indicis eques captus, tormentis crimen illud, & alia multa confessus, licet, si vita ei concederetur, aureorum millia quadraginta pro bello contra Mauros gerendo offerret, capite tamen multatus fuit. *Marianus 1. 21. rer. Hispan.*

Apud Brasilienses nullum delictum plectitur, præter homicidium. Coguntur enim hi, qui sanguine conjuncti homicidæ sunt, eum tradere illis, qui casu necem propter sanguinis communionem, & propinquitatem jure persequuntur. Hi vero cum strangulant, atque speliunt, & cum multis omnium propinquorum lacrymis, atque lamentis utriusque mortui funus instaurant, epulasque dant, in quibus omnes depositis inimicitias accumbunt. Quòd si casu aliquo homicidæ subterfugiat, tum eorum filia, vel forores, vel cognatae occisi propinquis in servitutem traduntur, & sic demum omnis utrimque discordia oblivione sepelitur. *Ofor. lib. 2. rer. Em.*

VENEVICI PœNA.

Cum Parysatis, Artaxerxis mater, Scitarum ejus uxorem emulatione mota veneno sustulisset, Rex quæstioni extemplo intentus, ministros matris, & fructores corripuit, ac tormentis laceravit. At Gigim ancillam veneni administratam diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deponenteque denegavit Regi. Verum post orante illa, ut domum nocte dimitteretur: certior factus, locatis insidiis, comprehendit Gigim, eamque rei capitalis damnavit. Legitima pœna veneficis apud Perfas hæc indigitur. Saxum est latum, cui capita illorum imponentes altero saxo feriunt, & elidunt, quoad commoverint faciem, & caput. Parysatisdem Artaxerxes nullo nec verbo nec facto lasit, nisi, quòd penitentem relegavit Babylonem: adiciens, Quoad superesset illa, non viturum se Babylonem. *Plat. in Artax.*

Judices Arcopagite veneficam mulierem non prius interemerunt, quam partu liberaretur. Postquam verò peperit, comprehenderunt ipsam: & solvens à damnatione innocentem infantem, eam, que commuerat supplicium, solum nec multatam. *Ælian. de Var. hist. lib. 5.*

Publicia, qua Posthumum Albium Consulm, & Licinia, qua Cl. Afellum, maritos suos veneno necaverant, item 170. aliz Romana matrone veneficæ, propinquo verò de creto strangulate fuerunt. *Va. Max. 1. 2. c. de justit. antiq. Livius lib. 8. Dec. 1.*

FRIDERICUS I. Barbarossa, Arabem quandam Magum mercatoris habitu in caltra missum à Mediolanensibus uti veneno Imp. tolleret, deprehensum, capitali supplicio affecit, licet graviter Friderico minaretur, se illum carminibus encaturum, nisi dimitteretur. *Herod. lib. 3.*

VARASOLO Magam Janus Vathæ Ungari Principis F. in summo pretio habuit, cujus potissimum opera, pulso Petro Rege, Ungari ad ethnicum relapsi sunt, Andrea, & Leventia Regibus: sed eam post Bela Rex Christianus in carcere fame confecit, ut solemet arcus dentibus laceraret. *Bonfin. lib. 2. Dec. 2.*

CAROLUS VII. Gallorum Rex Principem Ægidium de Raxa, Gallici regni Marefcallum furcis appensus, atque igne asium, scda morte affecit, quòd magice arti deditus, centum ac viginti, tum prægnantium mulierum, tum infantum corpora occiderat. Magnæ quoque rusticana Abcivillensis viva combusta fuit, quia infantes peremerat, & sale conditos in cibum adhibuerat. *Fulg. 1. 9. c. 2.*

SOLENT Bononia maleficos utriusque sexus, quorum damnata incantationes generi humano, vel vitæ bestiarum minus nocuissent (quos muliebri in flexu lingua vulgari *Serigas* Itali appellant) nudos ad umbilicum ulque veteri ex palatio educere, asino impositos imverso corpore, ita ut ligatis manibus caudam asini, quem lento ductu præit liboris minister, retineant. Capiti impositum m tra chartacea, in qua terrifici caedamones, qui forcipibus suis ignes infernales moveant, depinguntur. Interea dum solemnè hoc progressu circumducuntur, à lictore comitante virgis egressi in pectore, & dorso cæduntur. Cum vero è foro publico perventum est in cæmeterium adis Dominicane, deponuntur ex asino, & à carnifice in conclave quoddam superum deducuntur, cujus per gulari firmata cancellis ferreis, iisque raris, cæmeterium versus spectat: qua definita pœna hæreticorum à Monachis monasterii illius, Inquisitoribus hæreticæ privavit, & perhibetur. Hinc capite galeato sedi curuli, quo totus quatuor fertur, impositi, ter in pergulam prominentem detruduntur, ubi & per horæ quadrante consistunt. Interea in spectante foris turba radente, clamanteque lapidibus impenitur: frustra tamen ferè, ob interpositos cancellos ferreos. Tandem vinculis soluti, & pro delicti qualitate puniti, ablegantur in exilium. *Wierus lib. 5. c. 17. de Præsig. dam.*

LATROCINII, SICARIORUM, PRÆDONUM, PIRATARUM

PœNA.

ACTIS ANES Æthiopum Rex, subacta Ægypto summa æquitate Ægyptis imperavit. Latrocinia novo more compescuit, nisi sententia damnavit: amputatis enim naribus, & excisis nasibus, Rhinocerotam appellatam. Ea in Ægypti, Arabique finibus haud procul à mari sita, omnibus vitæ commodis caret. Nam omnis vicina regio salta est, intra urbis metenia unicus est puteus, & is inutilis, utpote aqua amara gustu. Hos autem in eo loco posuit, ne suis moribus vicinas gentes inficerent, neve coram erga reliquos injuria essent occultæ: sed ut tanquam in oram desertam relegati, omni re egentes cogente necessitate fibi vicium exquirerent. Fissis itaque calamis, quos ex vicinis agris collegerant, longa sibi retia fecere: quibus juxta litus per plura stadia dispositis, ex captis coturnicibus (nam magnus earum numerus in litore ad capiendos pisces versatur) vicium sibi compararunt. *Diod. 1. 1. c. 4.*

Sanicraterem æreum trecentarum amphorarum capacem à Lacedæmonis Creso Lydorom Regi, dono missum interceperunt: item thorasæm lineum, frequentibus animalium figuris ex auro, & lana versicolore à ligno intertexum: in quo cum exiles sint venationes, tamen singule in se habebant trinas, & sexagenas bestias: quem Amasis Rex Ægypti Lacedæmonis dono miserat. Eam ob causam à Lacedæmonis postea bello impediti fuerant. *Herod. lib. 3.*

Cum prædones è Cynurico agro, Argivorum fines populationibus infestarent, Lacedæmonii Cynurentes omnes sedibus suis expulserunt, regnantem Echeirotam. *Pauf. in Lacon.*

BOIRMIRUS Verlovisensis, in Poloniam fugiens, manum latronum prædatum secum in agros Bohemæ, juxta Gladium sitos, adduxerat. Non carebat suspitione Casimirus Rex Polonia, quasi eo conficio id fieret. Bretislav Bohemorum Princeps inflare, ut exercitus in Poloniam fugiens, sed evicerunt seniores, ut prius legati ad Casimirus irent, quidei sibi latrones ad supplicium postularent. Casimirus legatos benignè tractavit, quoad Boirmirus cum aliis triginta antefignis Cracoviam captivus adductus est. Tum ad Legatos. *Crac. inquit, suspitionem de me conceptam revincam. Luceo certo captos omnes crucibus suffigi curavit, inter quos altissimi pendebat Boirmirus. Dubravus lib. 7.*

PRÆDONUM licentiam Otho IV. Rodolfus, Henricus VII. Ludovicus Bavarus, Robertus Imp. & legibus, & armis sustulere.

Latrones, qui lbycum interfecerant, à gruibus accusati fuere. Sedentes enim in theatro Corinthi, cum prætervolantes grues viderent, inter se ridentes susurrabant, *id est lbyci id est, En lbyci ultores.* Quæ verba cum quidam ex assistantibus audivisset, magistratui indicat. Capti ergo, & crimem confessi, in crucem adacti sunt. Unde Proverbium, lbyci grues, vel ultores.

STEPHANI Ungarorum Regis sanctitas apud Bessos, Bulgariaeque in tanta fuit existimatione, ut LX. ex illis apprimè nobiles, fortunatos omnes secum ducentes, ad eum in Pannoniam properarint. Quos cum Tribuni aliquot auri cupidine circumvenissent, Rex sceleris auctores in regni finibus in crucem egit. Quare factum est, ut quoad vixerit, ne minimum quidem latrocinium in Ungaria posthac patratum fesset. *Bonfin. 1. 1. Dec. 2.*

MATTHIAS Borcovicius, Palatinus Pofnaniensis, cum prædones clam receptaret, quos punire debuerat, consuetudine turpis lucti captus, ducem se ipsis deinde præbuit. Quæ res cum ad Regem Polonorum Casimirus II. crebris querimoniis hominum perferretur, nec ille tamen, quamvis admonitus, & oburgatus, ab inepto desisteret, captus est Galissæ, & cum eo forte ad Regem venisset, & in Ollinensem arcem deportatus, in tetro, & obscuro carcere media vitam finivit. Cujus mortem cum Joannes frater ultore vellet diceretur, iustu Regis interfectus est. Bona corum in quibus erant Cosmum, & Zacia munitiones, confiscata sunt. Filius vero Matthiæ profugus, cum ex Marchia Brandeburgensi in Polonos mercatoris, atque equites postea grassaretur, quodam tempore in oppido Rostationi ab agræfibus trucidatus, pœnas dedit. *Cromer. l. 12.*

PETRO Candiano Petri F. Duce Venetorum, Histri suburbanis aquis tacitè insinuati, ex Oliveni ad aliquot puellas ejus anni sponsas cum magno ornatu corporis inde rapuerunt. Moris fuit, statò die, qui ritus adhuc durat, ut virgines quæ nuper essent matrimonio locatæ, exquississimo cultu, ornatuque preciosissimo Apostoli adem invenerent, ut spectaculo essent universæ civitati. Nunc Deiparæ virginis, quod Olivenicæ ad verso respondet, templum celebrant. Consermata civitate tam atroci injuria, dux cum tumultuaria manu Histros infecutus, eos circa Capulas assequitur, in dividenda præda occupatos. Incauti igitur facillè opprimuntur. Alii atrociter dimicatum scribunt, prædonibusque ad unum cæsis, prædam incolumentem receptam. Sunt ex ea victoria, & ut res ad posteros extaret, ludi constituti, Mariani que nuncupati, quòd sub diem purificationis Deiparæ virginis esset ea injuria publicè vindicata. *Sub. 1. 1. Enn. 9.*

SVEHIA Bocimus, cum à Matthia Hungarorum Rege defecisset, ut totò Pannoniam popularetur, Costolam nunitum oppidum occupavit. In ejus arce à Matthia obsessus, magna que rerum necessariorum inopia laborans, per silentium noctis per actuarium pontem clam elabitur, ducentas meretrices, & trecentos tantum homines in castello reliquens. Rex immisso equitatu, eos in fuga cæcidit. Svehia solus equo vectus, cum per sylvas erraret, ut in Motaviam effugeret, in lignatorem quandam incidit: oravitque hunc impensius, ut sese via ducem tantisper præberet, quousque proximos Moravia fines attingeret: pro mercede, equum, arma, pecunias, animam denique pollicebatur. Cum rogatus nomen, Svehlam se esse diceret: ille continuo agrorum vastationem, & pecorum prædam exprobrans, Svehlam cepit, qui trium dierum inedia jam absumptus, vix equo sustineri poterat. Hunc ad Costolam ductum cum locis Rex supplicio affici iussit, duobus crucium ordinibus erectis, in inferiori, spectantibus sociis, quin castello erant, ducenti & quinquaginta ritè suspensi: in superiore verò ordine, qui magis erant insignes: in medio, Svehia: à dextra, sacerdos ejus: à læva, puer, qui enssem gestare solebat. Qui in præsidio remansere, ad hostis arbitrium sese dedidere. Trecenti capti, & ducentæ item mulierculæ, quæ parti sceleris victimæ querantur, Budam deducti. Michael Czobo, præfectus arcis Budensis, elurientis fastidio multitudinis exasperatus, sub prætextu liberationis sex, octavo tempesta nocte, alligato gutturi saxo, in Danubio demersit, quousque universæ captivorum numerus absumptus est. Ex eigitur Boemia civitate, quæ septem millibus hominum planè constabat, perquam pauci evaserunt, omnes enim ferè aut fame, aut ferro sunt absumpti. *Bonfin. lib. 1. Dec. 4.*

Bello contra Fr. Carrarium Patavinum principem suscepto, cum recessissent Veneti subornatos fuisse quosdam facinorosos homines à tyranno, qui aliquot ex patricio ordine viros trucidarent: data est diligenter opera, ut ii tota urbe diligenter inquirerentur. Eorum quidam apud plebejam feminam, cognomento Gobbam, capti sunt: indici, cui veritas ultrò expressa est, vitam Patres condonarunt, ita tamen, ut decem annos in custodia esset. Reliqui tota urbe equis distracti, & ad geminas columnas in quatuor partes dissecti, pœnas concepti sceleris meritissimas luerunt. Hospitis filius, qui nobiles conficiendos percussorum oculis subiecturus fuerat, laqueo necatus. Nec multo post nonnulli ejusdem sceleris convicti, eodem genere mortis affixi sunt. *Sub. lib. 4. Dec. 2.*

HERMANUS, qui postea Othonis Magni beneficio totius Saxonie Dux primus factus est, mediocri loco inter Saxones natus, septem tantummodo sub se colonos habuit: qui cum apud ipsum desererent, quod prædam in vicinis egissent, omnes in crucem acti sunt. *Holfatiense Chronicon.*

Vandalis quatuor principatus, Pomeraniam orientalem, Sretinensem, Volgastensem, & Rugiensem, Bugslaus Erici F. adeptus, rem à præcedentibus principibus in quatuor ditiores distrahens sæpe frustra tentatam perfecit, ut evertis omnibus latronum prædiis, itinera tutissima essent. *Crantz. 1. 14. Vandul. cap. 18.*

ALBERTUM Magnopolensem, Sveciæ Regem, Margarita Daniæ, & Norvegiæ regina bello captum nullis conditionibus dimittere volebat. Rostokium, & Y Vismaria proclamationes fecerunt in suis, & vicinis locis, quotquot forte propria navigaturi essent ad militiam in Danos, prædas in tria regna facturi, portibus, & urbibus suis uterentur: ut malis vexati Dani cum Svecis, ad relationem capti Regis inclinarent. Venit subito

fubiro incondita gregiarum manus, missique in mare, ex-
 A curfiones plurimas lecece in Daniam, & cætera regna. Vi-
 talianos fælo appellabant. Sed semel permiffa venia in hostes,
 facillè homines lege viventes abutabantur, sine discrimine
 obvios quoque in mari deprædantes, neque ipsis memorata-
 rum urbium civibus parentes. Multa inde urbibus proven-
 nere incommoda, multæ ab exteris querimoniæ. Nonnulla
 excitatæ ex illa radice in litte caufa, quæ per jus strepitum
 agerentur apud Imp. per multa mox fequuta tempora dura-
 vere. Sed prima fuere lucra duarum urbium civibus, qui mer-
 ces undecunq; raptas, vili pretio ab ejus generis mercatori-
 bus comparavere. Sundenfes navim unam gregariis plenam
 ceperunt. Non funt inventi carceres, quibus ea multitudo in-
 cluderetur: didicerunt ab ipsis gregariis, quomodo folerent
 captos includere mercatores. Vafa, quæ potuit, aptata funt, &
 deinde mercibus etiam cæteris includendis (tonnas vocant)
 una extremitate ad capacitatem humani capitis emittendi per-
 forantur: extante capite fingulis incluserunt. Ita compofiti
 in ordinem vafis, alterum fuper alterum ex ordine compo-
 fuere: donec publico judicio condemnatos, extra urbem
 produçtos, gladio cæciderunt. Alberto liberato interim,
 B Vitaliani jam deprædationibus afflueti, cum pax reddita effer-
 Orientali mari, in Oceanum Britannicum dilapfi, Frifia
 latera pro domicilio habuerunt. Inter Frifios capitaneus erat
 Hixkle Provelt, qui quatuor ad mare præfidia tenebat, prædon-
 num receptacula, Purke, VVimonde, Auribashove, &
 Nargenhove: hoc prætextu multi mercatores urbium Vandali-
 carum, Pruffia & Livonia, direptiones funt perpeffi. Cap-
 ta eft navis de Revalia navigans, inæftimabilis pretii merces
 devehens, pellibus, cera, cupro onufta. Qui inerant merca-
 tores, cum nocerent vel foli rerum pretium: Iftas, inquit,
 merces, jam veftras, quia diftrahere vobis in animo eft, hoc fal-
 tem nobis, quondam carum Dominis, permitte, ut à nobis ac-
 cepto aquabili pretio, quod reliquum eft mercaturæ, nobis lu-
 crum provenire finite. Vifi funt æquum poftulare. Igitur octo
 millia nabalorum (genus eft grandioris ex auro numifmatis
 pro Angliam, Franciamque) conftituuntur illis in pretium.
 Erat vix quinta juftæ æftimationis: & receperunt merces illi
 fuas conftituta pecunia ad eorum beneplacita. Fratres Teuto-
 nica domus per Prufiam, infulam Gothlandiam, à Vitalinis,
 Regis Alberti permiffu poftiffam, ingreffis, expulere gregarios:
 C Julique deinde junxere ditionibus, pecunia jus omne ab Al-
 berto Rege redimentes. *Crantz. l.9. c.29. 35. 36. 37. 39.*
 Circa annum 1042. VVifmarienfes civis militem auro-
 rum Magnopolensem, quod civis cujusdam uxorem non re-
 pugnantem rapuiffet, fufpendio necarunt. Albertus Rex
 Sueciz, Dux Magnopolenfis, neque precibus, neque minis
 potuit eos flectere, ut fibi judicium de fuo milite permit-
 terent, cum mundum muliebrem, aurique, & argenti pluri-
 mam fupelleçtilem deprædidiffent apud illum. *Idem l.10.
 Wand. c.8.*
 Civis Lubecenfis quidam Epifcopum Lubecenfem Ber-
 tramm fapè interpellabat fuper redditibus, quos in illius præ-
 diis habebat, exfolvendis. Obfurdavit Epifcopus, nec ullam
 præbuit autem momenti. Ille vocatus in focietatem facinoris
 duodecim, in prædium Epifcopi Koldenhoff contendit, inde
 pignorationem faciens pro retardatis cenfibus. Turbata tota
 civitate, Lubecenfes tredecim illi civis, publico judicio con-
 demnati, fufpendio perimuntur. Non multo poft, cum ex
 D militariibus Holfatiz quifpiam majorem etiam vim incediffet
 uni ex civibus, quefti civis apud Comitum, ut exemplo fuo ani-
 madverterent in eum, qui publicam pacem violaffet: respon-
 fum fuit, Si cum arborum foliis excrefcunt abundè in arbori-
 bus civis vici, conftituatis in illos, quod vifum fuerit noftri
 minifteriales magno nobis conftant, multis laboribus, & peri-
 culis in viros evadunt, non tam facili momento perdendi.
Idem Wand. l.8. c.42.
 JOACHIMUS Marchio Brandeburgenfis, fupra 70. præ-
 donibus, & in iis etiam nobilitum non paucis, fecuri cafis,
 ditionem fuam à latrocinis purgavit. Auriga quidam ab
 equite quodam fortunis omnibus exutus, ad Marchionem
 prædentem intromiffus, calamitatem fuam expoſuit, &
 inter miniftrros aſtantes eum, à quo ſpoliatus fuerat, agni-
 tum indicavit. Marchio poſtera die capitali ſupplicio, la-
 tronem è ſuo arreptum conſpectu, affecit. *Jo. Agricola in
 Provorb. Germ.*
 JACOBUS Marchio Badenfis, ſicubi in ditione ſua latroci-
 nium commiſſum didicit, vocatis iis, qui damno affecti fuiſ-
 ſent, tantum eos ex ſiſco ſuo accipere juſſit, quanti eſſe, quæ
 amiſſiſſent, jurejurando affirmaffent. Exinde latrones inſecutus,

apprehenſos in rotam fuſtulit. Id eſt ſupplicii genus apud
 Teutonicos formidabile. Ac ita brevi pacatiſſimam provin-
 E ciam reddidit. *Æn. Sylv. l.4. de Alſonſo.*
 Anno 1505. in Polonia de equeſtribus quibuſdam, qui la-
 trocinia exercuerant, ſumptum ſupplicium. Ac Ofuſchovius
 quidem, & Miſovius gladio percuſſi: Ruſinovia verò femina
 cum oceris, calcariis, & cultu corporis virili, ut erat præhen-
 ſa, ſuſpendio necata eſt. *Cromer. lib.30.*
 Apud Saxones, anno M. D. carniſex latro, qui & merca-
 toris peregre profectiſſimam crudeliter interfecerat, ab-
 ſconditus in cella vinaria, & latrocinium hoc in ipſum poſtea
 mercatorem tranſerebat, idque per torturam elicerat: præ-
 ditus argenteis poculis, mercatoris ſymbolo notatis, compre-
 henſus fuit, & ignitis forcipibus à populo in foro dilaniatus.
Joan. Paulus in Spudopædia.
 GELEUS, Quæſtoris rerum capitalium vices Lutetiz
 agens, cum de ſententia Præſidialium Judicum in Caſtello
 Pariſienſi (id carceri nomen eſt) tres graſtatores accuſatos,
 ex ſua confeſſione deprædationum, cadumque multarum
 convictos damnaviſſet, quartus ab eis accuſatus eſt, qui ne ad
 tormentum quidem voluit quicquam agnoscere: nihilominus
 tamen ob præſumptiones certas, & conſonorum teſtimonia
 fuit damnatus, & rotæ impoſitus: & quamvis (ut plerique
 faciunt) palàm exponeret, ſe morti immerentem tradi, & blaſ-
 phemo ore nomen Dei aſſumeret, ut ſuum honorem apud ho-
 mines tueretur, Confeſſario tamen ſua declaravit tam reum
 fe eſſe quam alii fuerit, ſed ne indiceret cuiquam, rogavit:
 Confeſſarius verò à Judice poſtea accuſus rem totam explicuit.
Boadinus lib.4. Dæmon. cap.2.
 Erat quidam Alphonſus Piccolhomineus, ex primaria
 Italia Nobilitate juvenis, robuſtus, & ferus, famis, fitis,
 frigoris, & æſtus patientiſſimus. Hic necariolum hominum
 proſcriptorum jam pridem Dux fuerat, & Sed intercedentibus
 pro illo magnis Principibus, à Greg. XIII. veniam delictorum
 conſecutus, & in gratiam receptus eſt. Cæterum Sta-
 ti V. Pontificatus anno ultimo, cum iterum graviter in Ma-
 gnum Hetruriz Ducem deliquiſſet, ruſſum in exilium abiit,
 & ad priora ſcelera reverſus eſt. Magnam aliorum exulum
 manum contraxit, & multa dama Ducis Magni ditionibus
 intulit. Sed paulo poſt à Duce finibus illius ejectus, in Lau-
 tium ſeſe recepit, ubi inter alia mala agricolæ miſeris mo-
 dis divexavit, corum bona diripiens, ædes incendio abu-
 mens, homines captivos in ſylvas, & montes abducens, G
 quorum alii ducentorum, alii quadringentorum, alii octi-
 gentorum coronatorum lytro ſeſe redimere debuerunt. Ma-
 gnus Dux non deſiſtit hunc prædonem perfequi. Placuit enim
 gnarus viarum erat, ut nuſquam obſideri, nunquam ita po-
 tuit coardari, ut non facile elaboretur: donec tandem ſub
 Gregorio XIV. auxilio Ducis Hetruriz captus, & Florentiz
 capite plexus eſt.

PLAGII POENA.

Si quis Iſraelitarum plagium commiſſiſſet, & Iſraelitam
 quem abduçtum vendiſſet, morte pleçtebatur. *Deut. 21.*
 Romæ cum ſervus fugitivus præter oculos Domini foret
 ambularet, quidam obentum togæ veluti ſe amiciens, fecerat,
 atque obſtitaret, ne à Domino videretur. Idco fur poſtula-
 tus, ac judicatus eſt: licet qui ſervo perſuaderet, ut fugeret, ſur
 non ſit, neque hoc feciſſe, ac ceſſaſſe probaretur, ut ſervus ab
 alio ſubripere: quanquam vulgò dici ſoleat, furturn non
 committere, qui fugitivo iter monſtraverit. Placuit enim H
 mentem, conſilium, & animum equis intuenti: qui quantum in
 fe fuit, effecit, ne Dominus unquam ſervi fui operis uteretur,
 Dominumque tandem ſive poſſeſſio ab eo recederet. *P. Ærod.
 ex Sabino jure conſ. apud Gell. lib. 11. c. 18.*

FURTI PRIVATI, RAPINÆ
PRIVATE POENA.

IN GENERE.

Si quis in furto ſit depræhenſus apud Locros, oculis priva-
 tur. Cum autem Zaleucii filius reus ageretur, & cum Locri
 abſolverent, non permiſit: ſed ſibi unum, & filio alterum
 eſſodit. *Heracleid. in Polit.* Sed hoc ſupplicium adulterio ir-
 rogatum alii ſcribunt.
 Baſtriani eos, qui pauca furantur, ſputis dehoneſtare ſo-
 lent. *Raviſius.*
 Apud Scythas nullum facinus furto gravius habetur, cum
 ſine teçto, & munimento pecora, & alimentis poſſidencem
 per ſylvas vagentur, ſi furari liceret, nil ſuperſede videtur
 aliena

aliena non capiunt, propriis contenti, aurum, & argentum ex
 A mote non anhelant. *Bonſin. l.2. Dec. 1.*
 Apud Lycios, ſi liber facti cogantur, ſervire cogitur. *Sta-
 bens Serm. 42. ex Nicol. de Geniarum moribus.*
 Draco legiſlator Athenienſium, ut ab alieno omnes manum
 abſtinerent, voluit, ſurtaque vel leviſſima morte punivit:
 adeo ut eum, qui feroçiorand caufa ſtiterit bubulum abſtul-
 iſſet, aut olera, capitis ſupplicio afficeret. Sed & furto teneri
 cenſuit, qui junctum aliorum, quam quò utendum acce-
 perat, egreſſet. *Gell. l. 11. c. 18.*
 SOLON Salaminius, Draconis legibus propter acerbi-
 tatem ſuam, tacito conſenſu abrogatis, ſua lege in fu-
 res non mortis, ſed duplici pœna vindicandum exiſtima-
 vit. *Idem.*
 LYSANDER Lacedæmonius, egreſſum via quendam ca-
 ſtigabat. Cui dicens: Ad nullius rei rapinam fe ab agmine
 ceſſiſſe. Reſpondit: Ne ſpeciem quidem rapturi præbas
 volo. *Frontin. lib. 4. cap. 1.*
 QUESO Citreus ſervum in furto depræhenſum cædi juſſit:
 cumque ſe fe excuſaret, ut diceret, Sibi fuiſſe in fatis, ut
 ſuraretur: Et cædi, inquit. Servus allegabat fatorum necceſ-
 ſitatem, ad excuſationem commiſſi. Eam necceſſitatem re-
 torſit, & ad ſupplicium, quod ipſum etiam erat in fatis.
Laert. lib. 7. cap. 1.
 Decemviri apud Rom. pro furtoſorum imparitate diſpariles
 induxerunt ſuppliciorum metus. Quippe manifeſtarium fu-
 rem, quod & Cajus repetit Digeſtis ad leg. Aquil. tum demum
 necari indulgerunt, ſed clamoribus tamen teſtificatione, ut Ca-
 jus inquit, teſtifierant beneficio ſeſe in facinus inſuſtaſſet:
 aut luce quoque ſi telo fe tueri auſus foret, quo evaderet.
 Cæteros diſ genus, ſi liberi forent, verberibus ſubjecerunt,
 addictos ei unde furturn factum foret. Si ſervi, à verberibus
 etiam de faxo dari in præceptis permiſerunt. Pueros impubes
 ad prætoris arbitria rejeçerunt, qui & factam noxam ſancirent.
Cal. lib. 10. cap. 6. A. L.
 Furti noxialis actio lege XII. Tab. conſtituta erat, ut ſi ſervus,
 quæruſque furturn, damnumve amiſſiſſet, vel fraude, aut
 perſidia quid patraſſet, dedendo ſervum, aut quadrupedem, li-
 beraretur Dominus. *Alex. lib. 6. cap. 10.*
 M. Fabius Cenſor ſeveriſſimus, Fabium Bateonem filium
 furti inſuſtaſſum, capitis reum egit, & ultimo ſupplicio affe-
 cit. *Alex. ab Alex. l. 3. c. 13.*
 M. Cato memoriz tradidit, in furto comprehenſis in-
 ter commilitones dextras eſſe præciſas, aut ſi lenitiùs ani-
 madvertere voluiſſent, ſanguinem miſſum. *Front. lib. 4.
 cap. 1.*
 HERODES Judæorum Rex, ut furum nimiam licen-
 tiam cohiberet, novam legem tulit, ut perſoſtores parie-
 tum liceret vendere in ſervitutum extra regni terminos:
 quod videbatur non tam ad pœnam malefactorum tendere,
 quam ad diſſolutionem patriarum conſuetudinum.
 Servire enim apud externos, & diverſam vivendi rationem
 habentes, & cogi ad faciendum quicquid illis imperare li-
 buerit, religionem magis ladebat, quam ipſos convictos ſce-
 leris. Qua de re fatiſ cautum erat in priſtiniſ legum ſanctio-
 nibus: videlicet furum quadruplum reddere: quòd ſi non
 fit ſolvendo, vendi, non tamen exteris, nec in ſervitutu-
 m perpetuam, ſed vindicandum in libertatem anno VII.
 Quamobrem indigniſſimè eam legem tulit populus. *Joſephus
 lib. 16. cap. 1.*
 ALEXANDER Severus adeo vindex furtoſorum fuit, ut præ-
 D ter ſeveriſſimas pœnas, nullum raptorem, aut furum ſaluta-
 tionem amiſſiſſet, illoſque velut nequiffimos è conſpectu ſubmo-
 verit. Itaque cum Septimius Arabum, qui famoſus crimine
 furtoſorum ſub Helio gabbalo fuerat liberatus, inter ſenatores
 Principem ſalutarum veniſſet, exclamavit: O numina, o Jupi-
 ter, o Di immortales! Arabus non ſolum vivit, ſed etiam
 in ſenatum venit: fortis de me ſperat, tam fatum: tam ſtul-
 tum me eſſe judicat. *Lampridius.*
 Valentinian. I. Imp. Rhodanum Præpoſitum, qui Berenice
 cuidam matronæ abſtas opes, ſemel monitus non reſtituebat,
 in Circo extruça pyra exuri curavit, & ejus bona mulieri ad-
 judicavit. *Zonaras, ex Cedrenus.*
 JUSTINIANUS Venerus aſſerit, Theodericum Oſtrogoto-
 rum Regem, in Italia fures adeo acribus pœnis inſectatum,
 ut liceret per omnem fere Italiam aperis januis dies, & noctes
 agere. *Jo. Magnus lib. 9. cap. 29.*
 CANUS Danorum Rex, cum aliquando latrones quosdam
 ſuſpendi juſſiſſet, de nautica pinu ſuſpendi unum ex iis, ſe re-
 gio ſanguine natum affirmant. *Hermol. in Selavor. Chron. c. 50.*

Apud Anglos furibus litera T. ſub pollice inuritur, quem-
 admodum homicidis M. litera, quòd fur thethi vocatur. Qui ſic
 ſtigmatiz effecit, ſi in peccato rufus inventi fuerint, cum me-
 ritis illico dant pœnas. Inſtituit hujus auctor fuit Henricus
 VII. in Concilio, quòd anno regni ſecundo habuit. *Polydor.
 lib. 26. Angl. hiſt.*
 Anno mcccclvi. magiſtratus urbis Cracoviensis Nicolaum
 Turciſium preſbyterum, & Nicolaum Cnoinum, & ipſum ſa-
 cris initiatum, furri reos, captos, & queſtionibus examinatos,
 noctu clam capitali ſupplicio affecit. Quamobrem toti civita-
 ti ſacris interdictionem eſt, donec Epifcopus à Rege exoratus,
 trecentis florenis multatæ nomine acceptis, id interdictionem ſu-
 ſtulit. *Cromerus lib. 23.*
 Cum antea fures domeſtici lege Venetorum antiquitus in-
 ſtituta, pœna multo leviori pleçterentur, quam ii, qui eandem
 domum non incolerent: qua ex re fiebat, ut aucta fervorum, &
 inquilinorum audacia, omnibus penè in domibus furta exer-
 cerentur, majoribus in comitiis menſe Sextili ann. 1489. lex eſt
 perla, qua lege eadem eſſet in ſervos, reliquoſque fures con-
 tubernales pœna conſtituta, idem jus, qua pœna, quoque jure
 in alienos, exteroſque fures animadvertere civitatis Venetæ
 magiſtratus conſueverant. *Bembus lib. 1. Venetæ hiſt.*
 CARINTIÆ Provincia conſuetudo, in oppido, quod
 Clagefurtinum appellam, contra fures eſt duriffima. Si
 quis in furto ſuſpicionem incidit, mox captus laqueo ſuſ-
 penſus vitam finit. Sumpto ſupplicio, poſt triduum de ſuſ-
 picione judicant. Si reus fuerit, pendere cadaver infame ſi-
 nunt, donec ſua ſponte decidat. Sin minus, deſipitum in
 cœmeterio condunt, juſtumque funus è publico faciunt.
Æn. Syl. cap. 20. Europæ.
 FRIDERICUS III. Imp. furtiſ ſuſpendium addidit. Qua
 pœna nunc per Europam utimur. *Lud. Vives lib. 7. de Cauſis
 corruptarum artium.*
 ALFONſUS Aſtiniſ, Dux Ferrarienſis, fuit menda-
 cium imprimis, furumque, & ſeditioſorum ſeverus hoſtis,
 cum in reliquis criminibus puniendis exorabilem fe, lenemque
 præberet. *Jovius.*
 Cum Cæſaris Caroli V. milites Genuam obſiderent, pedi-
 tum Dux Ferdinandus Davalus Piſcarius per præconem edi-
 xit, ut Genuenſium villis, atque deliciis parceretur, adeo ſeve-
 ra lege, ut Spinofam equitem viliffimæ prædæ intentam, à la-
 queo feneftra ſuſpenderet. *Jovius in Piſcario lib. 3.*
 Cum Hiſpanus miles ad Davalum Piſcarium, Genuam
 cum exercitu iter habentem eſſet perducus, qui in proximam
 caſam non minus avidè quam arroganter, aut commeatuſ,
 aut ignobilis prædæ petendæ cauſa diverteret: ipſe ei pœna
 loco auriculam abſcindi juſſit. Cum verò Hiſpanus reclama-
 ret, ſe non eam ignominiam eſſe laturum, ſed poſtus ipſa
 morte ſatiſfacturum: Piſcarius, Obſequamur, inquit huic
 militi tam egregiè decoris avido: eumque ſtatim fruſtra re-
 ſtantem laqueo ad arborem ſuſpendi juſſit. *Jovius in
 Piſcario lib. 1.*
 MAHOMETANI furem prima, & ſecunda vice verberant
 tertia, manum ei unam præciçunt: & quarta, pedem amputant,
 Gigas.
 Apud Japonios Indos, in furto depræhenſum cuius occide-
 ret licet, Vincula publicè nulla, nullæ cuſtodæ, nulli pœna-
 rum exactores: privatim patres familias domi qui ſuæ ca-
 pitalium rerum cognitiones exercent, & ſcelera graviora capi-
 tali ſupplicio ſine mora vindicant. *Jo. Metellus.*

POENA INELICTA DIVINITUS.

Non libet autem & miraculum ſilentio prætere, quod
 anno Dom. 1275. multis teſtibus accidit. Homo quidam
 ſplendidus equeſtris Ordinis, ſed violentus, & rapax, & ſuis
 juxta, ac alienis hominibus gravis, cum graviter ægroçaret,
 admonitus crebro à religioſis quibuſdam viris, ut ad Dei cle-
 mentiam conſugiens animæ ſuæ ſaluti conſuleret, negaviſſi-
 bi veniæ locum relictum eſſe, jam enim divino judicio tradi-
 tum eſſe demonum poteſtati. Nec mora: audiuntur à cir-
 cumſtantibus vehementium verberum, & percuſſionum
 ſtrepitus. Apparent in corpore agroti fœdi livores, atque
 vibices, ita ut omnes obſtupeſcerent. Inter hæc ille inſelix
 nullam vocem, nullumque gemitum edens, ter inſelicem ani-
 mam exhalavit, hic orſus ſupplicia, quæ deinde apud inferos
 æternum expenderet, ut eſſet exemplo iis, qui ex aliorum in-
 commodis ſtudent ſua commoda parare. *Martin. Cromer. de
 rebus Polonicis lib. 9. an. 1275.*
 Vide pleraque in Loco DE VIDUIS.